

CHARISSIMO FRATRI

D. FERDINANDO del CASTILLO et BETHENCOURT

In Palmiferae Urbis phalange

Secundae Cohortis Vice-Praefecto

COMITI DE VEGA GRANDE DE GUADALUPE

Insulae Canariensis praesumpto Signifero

Observantissimus suus Frater

PETRUS del CASTILLO et BETHENCOURT

In sui erga illum propensioris animi


monumentum

HAS PHILOSOPHICO-MORALES THESES

In Canariensi Seminario

Publico certamine ab ipso propugnandas

Obsequentissimus dedicat, consecratque.



NACTO PERMISSU:

Lacuna Nivariensi: apud Michaëlem Angelum Bazzanti,

Regalis Societatis Typographum.

CHARISSIMO FRATRI

D. N. R. ... CASTRO ...

In ...

...

COMITI DE ...

...

...

...

...

...

...

...

...


...

...

...

...

...



quis mihi non probro verterit, et merito quidem; si cui has studiorum meorum elucubrationes consecrarem, exterum, ignotum aut longè positum Maeccenam quaererem; earum et quidem singularium rationum oblitus, quibus hoc tibi munusculum vindicas, charissime Frater? Cum et ego probè sciam te hoc obsequij genus minimè dedignari; et tuam in studiosos quosque bonarum litterarum beneficentiam ignoret nemo, et naturalis necessitudo, et quod pluris habendum, intimus grati animi sensus suadere videbantur, nullum tibi, quicumque ille sit, praeponi deberi. Quid, quod Patre matura morte praerempto, omnes nos medio in studiorum studio, velis, remisque (ut ajunt) destitutos, amplissima (ut tua est naturae indoles) voluntate foves, et à te omnia sperare jubes? Quid si addam (si ad haec aliquid addendum superest) illam, qua me prae omnibus et ab incunabilis est prosecutus, et prosequi non desinis, singularem benevolentiam? Quam obrem ò et praesidium et dulce decus nostrum, Ferdinande charissime, has Theses studiorum meorum primitias benignè suscipias; sic beneficiorum in me tuorum cumulum adimplebis, quibus devinctus, nulli in te diligendo facilè cedam. Vale.

22

Non enim non recte videtur et merito dei-
 dunt in eis qui per suorum invidiam eluctatione con-
 -cedunt; et ut in regnum sui iure possunt. Jamque
 autem quod est in istis quibus singulorum rationibus
 oblati sunt non est invidiosum. Quibus
 Praeterea Cum ego paulo seculo te non obsequi deus
 rationis deliquit; et tunc in studio; quodque hunc
 non liberum dicitur. Quod si dicitur, tunc per magister
 necessitas, et est. Nam, qui in hac omnia est, qui
 in se non videtur. Quod si dicitur, tunc per omnia
 illi se, praeconi debet. Quod tunc magis
 inone praeconi, omnes nos in studio in se-
 dio, tunc, tunc (et tunc) dicitur, tunc
 (in hoc est invidiosus) voluntate tunc, et in om-
 nis spiritus iudicis; Quod si dicitur (si ad hoc aliquid
 addendum sperat) Nam, qui in hoc omnia et ab
 invidiosus est procius, et praeconi non debet, sin-
 gulari benevolentiam? Quod tunc et praeconi et
 dicit deus invidiosus, tunc invidiosus, has tres
 studiosum invidiosus primis dicitur, tunc sic bene-
 -volentiam in nos tunc invidiosus, tunc de-
 vultus, tunc in te dicitur tunc dicitur. Vale.

I.

Cum homo anima et corpore simul junctis constet, quaedam officia circa animam, quaedam circa corpus tenetur adimplere. Haec autem omnia sunt ipsius facultatis perficere, ad finemque proprium dirigere.

II.

Iam verò facultates animae duae sunt: nempe intellectus et voluntas. Cum intellectus ad eum finem destinatus sit ut verum agnoscat, animus veris cognitionibus et homine dignis imbuendus et exornandus est. Inter has primo numerantur Religionis et morum principia: secundo cognitiones vitae institutis accommodatae. Tertio denique, eorum

stu-

²
studiorum notiones, quae hominum
ornamenta sunt.

Ita omnes, qui ignobili otio torpent,
et nullam intellectui culturam quaerunt,
tamquam huius legis violatores habemus.

III.

Voluntatis proprium est bonum ap-
petere, et malum aversari; ideò curan-
dum nobis est, ne ab immutabili quo-
dam ordine, quem in rebus diligendis
ratio praescribit, recedamus. Iste enim
ordo ex objecti dignitate, et excellen-
tia repetendus sit; ita ut perfectiora, et
meliora majorem sibi vindicent dilec-
tionem. Unde colligimus Deum esse su-
per omnia diligendum, quo nihil perfe-
ctius, nihil excellentius excogitari possit.

IV.

Deum diligere non possumus sine cul-
tu interno et externo, ad quem homines
teneri constantè defendimus, et quam

obligationem certò cognoscerent, ³ si
necessarias relationes eorum erga Deum
utpotè Creatorem, Magistrum, Benefa-
ctorem, et Patrem memoria retinerent.

V.

Si voluntas diligere debet illud,
quod verè est bonum, et aversari quod
verè est malum, reprimere tenemur
omnes affectus pravos et inordinatos;
atque etiam vitare ipsorum incitamen-
ta scilicet libros amatorios, choreas,
saltationes, et cantus lascivos, in quibus
uterque sexus omnibus illecebris suam
benevolentiam captare solet; spectacula
item theatra, qualia in aliquibus locis
repraesentantur, quaeque ad nihil aliud
conducunt, quam ad mores corrup-
pendos.

VI.

Deus animam corpori ea lege conjun-
xit, ut ejus bono et saluti consuleret;

4
ideo debet homo curare, quantum honestè fieri potest, ut corporis vitam, integritatem, et valetudinem servet; illasque voluptates fugiat, quae corpus adversus rectorem suum animum insolentius efferunt.

VII.

Ex hac lege concludimus non posse hominem mortem sibi inferre, quin actum rebellionis in Deum committat, quin ipsius jura et leges infringat, quin etiam in se ipsum ^{et societatem} crudelis habeatur.

VIII.

Nos eadem ratione ducti damnamus singularia illa certamina, quae duella nominantur, et quae propter conservationem fortunae, vel honoris suscipiuntur.

Sub auspicijs D. D. Ignatij Llarena de Franchy ejusdem Facultatis Professoris. Die 15 Julij ann. Dñi. 1800.

VESPERE.